



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

417. Qvænam sint ea, quæ quandique in resignatione reservantur Resignanti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

quod ipse resignans intendebat sibi, in penam utroque beneficio carere debet. Primo, quia resignavit illud, posteriore etiam, quia alteri debitum: tum quia ipsi calliditas hac sua & fraus (quæ semper in tali casu præsumitur) prodesse non debet, nec ex propria iniquitate ferre commodum. *c. si te. de renunc. §. cæterum. Laym. ibidem.*

PARAGRAPHVS VIII.

De resignatione sub reservatione fructuum aut pensionis.

Questio 417. In genere, quam sint ea, que quandoque in resignatione reservantur resignanti?

Respondeo esse sequentia: Fructus omnes, vel eorum medietas, pensio, potestas transferendi pensionem, regressus ad beneficium & accessus. *Parif. l. 6. q. 1. n. 1.* Item administratio. *Parif. loc. cit. n. 11.* citans Mandos. *tr. de signat. grat. tit. fructuum reservationes. col. 2.* Item reservatio nominis seu denominationis, stalli in choro, & loci in capitulo, habitationis, distributionum quotidianarum. *Parif. n. 13.* citans *c. cum inter. de renunc. & ibi Abb. n. 1.* Tamb. *de iur. ep. l. 2. p. 3. q. 11. d. 8. n. 3.* Sarnes. *de annal. q. 60. &c.* Item reservari consuevit quandoque resignanti collatio omnium beneficiorum pro tempore vacantium. *Parif. n. 14.* citans Rebuff. *super concord. rubric. de mandato apost. §. 1. vers. quod si collationes. Mandos. de sign. grat. tit. fructuum reserv. col. 2.*

Questio 418. An reservatio omnium fructuum fiat licite, quæ de causa, & à quo?

Respondeo ad primum: fieri quandoque & admitti resignationes reservatis omnibus fructibus, ita ut ad resignatarium solum jus & titulus beneficii transferatur. *Azor p. 2. l. 7. c. 21. q. 1.* *Parif. l. 6. q. 1. n. 2.* citans Card. *Parif. cons. 39. n. 7. vol. 4.* Perret. *cons. 93. n. ult. &c.* Fitque hæc reservatio licite. *Azor loc. cit. n. 10.* uti id à Campegio in *tr. de reserv. omnium fruct. ostendi ait,* dum nimium fit iustus de causis.

2. Respondeo ad secundum: talis causa inter alias hæc est: ne is, qui beneficium resignat, nimio dispendio ex ipsa resignatione gravetur, sed habeat, unde commodè vivat, vel debita contra-cta solvat. *Azor loc. cit. Parif. n. 8. juncto n. 7.* Et sic fructus resignanti reservari pro pensione, & haberi loco pensionis, quæ in subsidium vite dari solet, traduntur eidem. *Azor loc. cit. Parif. n. 6.* ex Rebuff. in *pr. tit. de reservat. tam general. n. 13.* Sarn. *de annal. q. 60.* Mand. *de annal. q. 30. n. 1.* ubi is etiam attestatur, poni tunc in supplicatione fructus loco pensionis annua reservare, constituere, & assignare dignemini.

3. Respondeo ad tertium: hanc fructuum reservationem fieri non posse à jure communi, eò quòd jure communi beneficium dividi non possit. *c. majoribus. de preb. vel etiam, quòd beneficia sine diminutione conferenda, c. ut beneficia sine diminut. qualiter dividuntur, vel saltem cum diminutione conferuntur beneficia, cum fructus uni reservantur, alteri verò jus beneficii confertur. Sed fieri*

posse à solo Papa, utpote potente de beneficiis disponere liberrimè in iis omnibus, quæ sunt juris scripti, non naturalis aut divini. *Azor. loc. cit. Parif. n. 3. & 4.* citans Rebuff. in *pr. de reservat. tam general. quam spec. n. 16.*

Questio 419. Quis usus hujus reservationis fuerit olim, sit quæ hodie?

Respondeo: Hujusmodi reservatio olim indistinctè & passim non concedebatur, sed solum ex causa magna. *Parif. n. 34.* citans Rebuff. ubi ante n. 14. Statuit deus Alexander VI, ut nemini concederetur dicta reservatio nisi Cardinalibus. *Parif. n. 35.* citans Rebuff. in *pr. tit. de regressu. verbo fin.* quod licet per tempus aliquod observatum, postmodum tamen fuisse concessam dictam reservationem resignantibus, & ipsam reservationem judicatam esse causam sufficientem, tradit *Parif. tit. n. 35.* Nunc autem stante Trident. *sess. 24. c. 13.* raro concedi talem reservationem omnium fructuum, administrationis, jurisdictionis, &c. ex Mand. *de sign. grat. tit. fructuum reserv. col. 3.* ait idem *Parif. quin & passim hodie dicitur, & exceptis Cardinalibus, id negati à Papa; & iustissima quidem ratione, ne serviens altari nihil de altari habeat, unde vivat; cum tamen reditus Ecclesiastici instituti sint propter spiritualia & illa tractantes, tradit *Parif. à n. 36. & n. 42.* subiungens ex Rebuff. ob eandem rationem in regno Franciæ istiusmodi reservationem omnium fructuum prohibitam.*

Questio 420. In quibus beneficiis solet hodie dicitur concedi istiusmodi reservatio omnium fructuum?

Respondeo primò: In Ecclesiis Cathedralibus seu Episcopatibus non dari istiusmodi reservationem fructuum, nisi detractis seu remanentibus pro Episcopo mille ducatis annuè secundum verum valorem. *Parif. l. 6. q. 1. n. 36.* vidisse sic fieri de stylo. Secundò nec dari in parochialibus, nisi relictis Rectori centum ducatis. *Parif. ibid.* Tertio in Abbatibus, Prioratibus, Præposituris, & aliis similibus non concedi, nisi Cardinalibus duntaxat juxta decretum Alexand. VI. quibus etiam, dum resignant, id à Papa petentibus reservantur seu relinquuntur præter dictos fructus administratio, instructio, collatio beneficiorum, ut assertit *loc. cit. Parif.*

Questio 421. An, & qualiter resignans reservatis omnibus fructibus habeatur adhuc pro titulari, etsi re ipsa titulum amiserit, habeatque in eo regula Cancellar. de annal. & regula de publicando locum?

Respondeo ad primum: Si resignanti reserventur solum omnes fructus, non habetur loco titularis, sed duntaxat loco pensionarii, quia illi fructus habentur loco pensionis. *Parif. tit. q. 1. n. 43.* citans Sarn. *ad reg. de annal. q. 60.* si verò præter omnes fructus reservatur quoque ei denominatio, stallum in choro, vox in capitulo, habetur post resignationem loco titularis, & æquiparatur titulari. *Parif. ibid.*

2. Respondeo ad secundum: Hoc casu juratur quoque talis regula de annal. Secus est in primo casu